Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pauli Epistolae - Cod. Aug. perg. 185

Paulus <Apostel, Heiliger>

[Reichenau ?], [9. - 10. Jh.]

Initiale

urn:nbn:de:bsz:31-45394

Visual Library

uix saluabitur impius & peccator ubi apparebunt; Itaq; & hi qui
patiuntur secdm uoluntatem di fideli creatori comendent animas
suas in benefactis; Seniores ergo qui in uob sunt obsecro consenior & XVIII
testis xpi passionum qui & eius quae in futuro reuelanda est glorię
communicator pascite qui est in uob gregem di prouidentes non coacte
sed spontanee secdm dm neq; turpis lucri gratia sed uoluntarie
neq; ut dominantes in cleris sed forma facti gregis ex animo;
Et cum apparuerit princeps pastorum percipietis inmarcesci-
bilem glorię coronam; Similiter adulescentes subditi estote seni- XX
oribus; Omnes autem inuicem humilitatem insinuate quia ds superbis
resistit humilib; autem dat gratiam; Humiliamini igitur sub potenti
manu di ut uos exaltet in tempore uisitationis; Omnem sollicitu-
dinem uram proicientes in eum quoniam ipsi cura est de uob; Sobrii estote
uigilate quia aduersarius diabulus tamquam leo rugiens circu-
it quaerens quem deuoret; Cui resistite fortes in fide; Scientes
eadem passionum ei qui in mundo est uestrę fraternitatis fieri; XXI
Ds autem omnis gratię qui uocauit nos in aeternam suam gloriam in xpo ihu
modicum passus; Ipse perficiet & confirmabit solidabitq; ipsi
gloria & imperium in saecula saeculorum amen; Per siluanum uob fidelem
fratrem ut arbitror breuiter scripsi; Obsecrans & contestans hanc
esse ueram gratiam in qua statis; Salutat uos quae est in babylone
ecclesia electa; Salutat uos marcus filius meus; Salutate in-
uicem in osculo sco; Gratia uob omnib; qui estis in xpo ihu; Expl
EPISA PETRI PRIMA; INCIPIT PROLS SECVNDA
Per fidem huic mundo sapientes mortuos esse declarat eisdem
quae per aetatis quanta sit magnitudo lucis ipsa clarius manifestat epist
SIMON petrus seruus et apostolus ihu xpi his qui coaequalem nobiscum sor-
titi sunt fidem in iustitia dni nri & saluatoris ihu xpi
GRatia uob & pax adimpleatur in cognitione dni nri